

no 299

IOANNIS
RAVISII TEX-
TORIS OFFI-

CINAE.

TOMVS SECUNDVS.

Dissertatio de cinis
Cum copiosissimo rerum & verbo-
rum Indice.



L V G D V N I.

Apud Sebastianum Honoratum.

M. D. L'X X I I.

S E R P E N T V M
Q V O R V N D A M
N O M I N A.



PYTHON, à poctis serpens fuisse dicitur, natus ex putredine terræ post diluvium Deucalionis. Hunc Apollo interfecit, & ab interfecti nomine dictus est Python. De hoc Ouid.lib.1.Meta. Sed te quoque maximè Python Tū genuit, populisq; nouis incognite serpēs Terror eras, tātū spatijs de mōte tenebas. Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis Ante, nisi in damis, capreisque fugacibus vsus, Milie grauem telis exhausta penè pharetra Perdidit effuso per vulnera i gira veneno.

Hemorhoi, serpens morsu sanguinem elicit. Moratur in petrofissis recessibus, colore partim sanguineo, partim nigro. Tardè pigrēq; serpit, nec nisi obliquo itinere. Luca.lib.9. At nō stare suum miseric passura cruorem, Squam feros ingens hæmorhois explicat orbes.

Salpinga formam habet tubæ, eūsque latebra calcata mortifera est. Lucanus lib.9. Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras?

Basiliscus in solitudinibus Africæ habitat. Candida in capite macula velut diademata quodā, ornatus est. Acutissimum habet caput, os rude, oculos & colorem ad nigredinem vergentes. Palmum non excedit: solo tamē halitu serpentem quamlibet magnum suffocat, tāta est veneni acuitate. Eum siqu s vel baculo attigerit paulò post moritur. Hinc Plin. Regulum vocat. Sibilo omnes fugat serpentes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat fructices: rumpit saxa: non contacteras modo verū & afflatas exurit herbas. Talis vis malo est. Huic tamen exitio est musellarum virus eius cauernis illatū. Hominem si inspiciat, solo intuitu perimit. Lucanus lib.9. Sibiliaque effundēs cunctas terrentia pestes. Ante venena nocens, latē sibi submouet omne Vulgus, & invacua regnat Basiliscus arena.

Cerastes in corpore eminere dicuntur quadrigemina cornicula, quorum motu, reliquo corpore occultato, solicitat ad se aues. Lucanus lib.6. Aut viuentis adhuc Libycæ membrana Cerastæ. Statins lib.11. Crinalem attolit longo stridore cerasten.

Geminum caput habet *Amphisbena*, hoc est ad caput. & ad caudam tanquam parum esset uno ore fundi venenum, inquit Plinius. Capite intrinsecus nitibundo, serpit tractibus orbiculatis. Luc.lib.9. Et grauis in geminum surgens caput amphisbena.

CORNVCO-
PIAE IOANNIS
RAVISII TEX-
TORIS EPI-
TOME.

Quæ res, quibus orbis locis adundè proueniant, alphabeticò ordine complectens.



L V G D V N I,

Apud Sebastianum Honoratum.

M. D. LXXII.

A D D O C T I S S I-
M V M V I R V M B L A-
S I V M M A D R O N E T V N
R A V I S I I T E X-
T O R I S
E P I G R A M M A.



*Villane librorum poterit satiare supellex,
Nullat uam Blasi bibliotheca sitim?
Non adeò feruet, quem lesit aquatica dipsas,
Aut bibitis Hydrops insaturatus aquis:
Ut ibi perpernis studiis furiosa cupido.
Crescit, & ad Musas impetuofus amor.
Si facis hoc, multo ut possis ditescere lucro.
Magnarumque tibi crescat aceruus opum,
Desine: te noster poterit saturare libellus,
Sis licet immani Crassus auericia,
Omnia munifico dabit hac tibi copia cornu,
Et Phrygio poteris ditior esse Mida.
Vis aurum & gemmas? Est gemmis dives & auro:
Vis ferrum & chalybem? ferrum habet, & chalybem.
Fingere vis statuas? Bimaris dabit era Corinthi.
Quæris habere rosas? floret ubique rosis.
Vis armenta? dabit Spartani armenta Galeſi.
Quæris mella? dabit quicquid Hymettus habet.
Vngere vis crines, vel corpus aromate? plena est.
Quæris aues? avibus plena & operta sonat.
Quæris opes alias? Rhodium tibi proferet imbre.
Vis cerasos? cerasis plurima ubique rubet.*

CORNUCOPIAE IOANNIS RAVISII TEXTORIS EPITOME.

PRAEFATIO.

NON video, vnae sequens opusculum (quod à
terum multitudine CORNUCOPIAE appell-
are libuit) commodius, ac decenter magis auſpi-
cari liceat, quam ab Auro. Scribit Plinius, Sena-
tum Romanum longo tempore exiguum habuiſ-
ſe aurum: adeò, ut quum à Gallis capta vrbe pax
emeretur non plus quam mille pondo dari potue-
rint. Homerus scribit, Viros olim crinibus aurum implicuisse: ut
nunc frequens est, & peculiare Anglis, aureas catenas collo inuolu-
tas ostentare. Gallos cum auro pugnare solitos Torquatus est indi-
cio. In Quintiorū familia aurum nec fœminas quidē habere mo-
ris fuit. Romani, auxiliares exteraos torquibus aureis donauere,
ciuicos nō nisi argenteis: Creuit paulatim omnium rerum luxuria,
quum homines gustato voluptatis succo lapsi sunt in ebrietatem.
Nam Bruti temporibus, mulieres pedibus aurum gestare cœperūt,
nedum collo & digitis. Poppæa Neronis vxor soleas aureas suis e-
quis fecisse legitur. Antonius Triumvir corporis exremēta non
nisi vasis aurcis excipiebat. Ferunt Agomenclū, Alexandri magni
præfectum, aureis clavis crepidas suffixisse. Aureus nummus post
annum L X I I . percuſſus est, quam argenteus. Spartacus interdixit
caſtris suis, ne quis auram haberet. aut argentum. In Tygris aluco
oppidum est Babylace, cuius incolæ mortalium ſoli aurū in odio
contrahunt. Eſſeni quoque (ut idem testatur libro v.) ab occiden-
tali littore ſine villa fœmina & ſine pecunia degunt. Quod utinam
imitarentur noſtrates. Non tot infidiis humana vita circumueni-
retur. Non eſſet tam frequens venenorum uſus. Omnes maiore
animi tranquillitate viuerent, & profundiore dormirent ſomno.
Ceffarent, quæ inde enascuntur, belli cōtagia. Neq; aliena proſpe-
ritas retorto limaretur oculo. Sed ſurdis cano. Si me rupero, quod
iam inualuit malum nō ſolū nō abolebo, ſed nec minuī quidem.
Auro nihil igne deperit. Propterea tutum eſt ab incendio, & rogiſ
durante materia. Quinimo quò ſepiuſ arſit, proficit ad bonitatem.
Aurum ubi igne probatum eſt, vocatur obriuum & purum. Si auro